



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et  
Mi-||racvlis Clari, Opera**

**Seuse, Heinrich**

**Coloniae, 1615**

Officium Missæ de Aeterna Sapientia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38029**

672 D. HENRICI SVSONIS  
gneris inter sanctos & electos tuos rex beni-  
ete. Domine exaudi orationem, &c.

ORATIO.

**F**ragilitatem nostram quæsumus Dominus  
propicius respice, & saporem nobis me-  
næ Sapientiæ benignus infunde, ut in  
dulcedine melliflua prægnata, omnia tem-  
valeamus despicer, & tibi summo bono an-  
ti desiderio iugiter adhærere. Per eundem De-  
minum nostrum Iesum Christum Filium tuum  
qui tecum in unitate eiusdem supersanctissimi  
Spiritus sancti viuit & regnat per infinitas  
Iorū secula. Amen. Domine exaudi orati-  
onem, &c. Et clamor. &c.

Benedicamus Domino. Deo gratias.  
Aeterna sapientia benedicta & custodita  
per corda & corpora nostra. Amen.

DE AETERNA SAPIENTIA  
OFFICIVM VALDE PIVM,  
AVTHORE D. HENRICO  
SVSONE.

**L**Ex Domini irrepræhensibilis, conuenientia  
animas: testimonium Dei fidele, sapien-  
tiam præstans paruulis. Versus: Celi  
narrant gloriam Dei, & opera manuum eius  
annunciat firmamentum. Gloria Patri, &c.

Collecta.

**D**EUS qui per coeternam tibi sapientiam ho-  
minem, cum non esset, condidisti, perdi-  
cūtque misericorditer reformati, præsta que-  
sumus, ut eadem pectora nostra inspirante,  
tota mente amemus, & ad te toto corde cur-  
mus. Per eundem, &c.

Lectione

Lectio libri Sapientiae.

**I**N diebus illis dixit Salomon, Deus patrum meorum Sap. & Domine misericordia, qui omnia fecisti verbo tuo, & Sapientia constituit hominem, ut dominetur creatura tua, quae a te facta est, ut disponat orbem terrarum in equitate & iustitia, & in directione cordis iudicium iudicet: Da mihi Domine sedum tuarum affricem sapientiam, & noli me reprobare a pueru tuis, quoniam ego seruu tuus sum, & filius ancillæ tue.

Responsorium.

**D**omine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersate terra.

*Versus:* Quoniam eleuata est magnificèntia tua super cælos. *Alleluia:* Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo quam dixi ero.

*Tractus.* Iubilate Domino omnis terra, seruite domino in lætitia. Intrate in conspectu eius in exultatione. Scitote quod Dominus ipse est Deus. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Nos autem populus eius & oves pascuae eius.

Secundum Matthæum.

**I**n illo tempore, Exultauit Iesus in spiritu sancto, & dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cali & terra, quia abscondisti hac a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis: Ita Pater, quoniam sic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo: & nemo nouit Filium nisi Pater, neque parentem quis nouit nisi filius, & cui filius voluerit reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: Tollite iugum meum super vos & disite a me, quia mitu sum & humilis corde.

Va & in

674 D. HENRICI SVSONIS

& inuenietis requiem animabus vestris. Iugum  
meum suave est, & onus meum leue.

*Offertorium.* Benedicat Dominum qui  
buit mihi intellectum, prouidebat Deum  
conspicu meo semper, quoniam à dextris  
mihi, ne commouear.

*Secreta.*

**S**anctificetur, quæsumus, Domine huius  
stræ oblationis munus, tua cooperante  
pietia, ut tibi placere possit ad laudem  
nobis proficere ad salutem. Per eundem, &c.

*Præfatio de Nativitate.*

*Communio.* Seruite Domino in timore, &  
ultate ei cum tremore: apprehendite discipli-  
nam, ne pereatis de via iusta.

*Complenda.* Infunde, quæsumus, Domine  
Deus per hæc sancta que sumpsumus, tuz cordi  
bus nostris lumen sapientiæ, ut te veraciter  
noscamus, & fideliter diligamus. Per eundem

DEO GRATIAS.

FINIS HVIVS LIBRI



INDEX